

2499

C O D I C E S

2500

Fol. 32. p. 2. Nova Compilatio Statutorum generalium apud Affisium in Capitulo generali a. 1354. Fol. 58. p. 2. Ordo agendorum et dicendorum a sacerdote in missa priuata et feriali iuxta consuetudinem Ecclesiae Romanae. Fol. 61. Ordinationes generales de diuino Officio. Fol. 69. p. 2. Epistola F. Bonaventurae quondam Ministri Gen. Data Parisius a. 1257. Fol. 71. Literae Eugenii IV. P. R. Innata nobis devotio &c. Fol. 73. Clementis IV. P. R. Mare magnum seu Bulla. Virtute conspicuos &c. cum aliis. Fol. 85. p. 2. Alexandri IV. P. R. Mare magnum seu Bulla. Non sine multa &c. cum aliis. Fol. 96. Innocentii IV. P. R. Mare magnum seu Bulla. Quo vos in Christo sinceriori &c. cum aliis. Fol. 101. p. 2. Gregorii IV. P. R. Mare magnum seu Bulla. Confessor domini gloriosus &c. cum aliis. Fol. 104. p. 2. Literae Urbani IV. Martini IV. PP. R. R. et Hugonis Legati apostolici. Fol. 105. p. 2. Nicolai IV. P. R. Gratia, quae incipit: Ad statum. Fol. 106. Copia Decreti Concilii Constant. dati FF. minoribus. Ad perpetuam — innotescat quod anno a natiuitate domini M^o. CCCC^o. quintodecimo &c. Fol. 109. Tria Rescripta Bullarum Eugenii IV. nec non duae Copiae Brevium Nicolai V. Fol. 116. p. 2. Acta generalis Congregationis Barcinone celebratae. Annus non exprimitur. Fol. 132. Definitiones Congregationis generalis Basileae celebratae 1454. Utrique praefuit F. Theodoricus Aurigae.

Fol. 134. p. 2. Ordinationes Capitulorum vicarialium provincialium. Fol. 145. Regula Sororum S. Clarae. Fol. 155. Iohannis ep. Portuensis Epistola de forma visitandi has Sorores. Fol. 159. p. 2. Literae Arnaldi et Matthaei Cardd. Diacc. S. Mariae in Porticu Protectorum hujus Ordinis a. 1297. Fol. 164. Eugenii IV. Bulla. Ad ea quae felicem &c. 1437. Fol. 166. Decreta plura Concilii Constant. pro eodem Ordine. Fol. 170. Regula fratrum et sororum de poenitentia. Fol. 173. Declaratio hujus Regulae, ejus Ordinis Privilegia, Vestium Benedictio, deque eo Decretum Concilii Constant. Plurima ex haecenus recensitis aut Annalibus Waddingi, aut Bullariis inserta leguntur. Folia Codicis non pauca vacant.

DCLVII.

754

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 70. 8. caractere minuto per duas columnas exaratus, et rubricis distinctus ita inscribitur: *Incipit tractatus de origine et progressu nostri ordinis scilicet fratrum heremitarum sancti augustini et uero ac proprio titulo eiusdem. compilatus per fratrem henricum de alemania sacre theologie dignissimum professorem pro eruditione simplicium fratrum non habentium plenam experientiam seu notitiam de predictis. Henricus iste alias de Vrimarya seu Frimaria nobis saepius inter Ascetas memoratus hic ut antiquissimus sistitur Ordinis sui Historiographus; init vero:*

2501

A S C E T I C I

2502

vero: *Quia non nulli ignorantes modum conuersionis. et actum conuersionis gloriosissimi doctoris beati augustini singularis mei patris &c.* Plura non addo, cum *Offingerus* in *Bibl. Ord.* p. 953. ex *Emm. Leali* adferat, *Libellum* lucem adspexisse *Venetis* 1514. quam tamen Editionem admodum raram esse oportet. Finis est: *ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur. amen.* Subditur minio: *Compilatus est iste tractatus per fratrem beinricum de almania Sacre theologie dignissimum professorem ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini. Anno domini M^o. CCC^o XXXIII. Cui deus sit propicius nunc et semper.* Unde conicias, eo superflite *Codicem* descriptum fuisse.

Fol. 13. p. 2. Incipiunt collationes per totum annum. Id est Argumenta five Themata sacrorum Sermonum, nullo tamen temporum ordine seruato, quamvis initium ducatur a *Dominica prima in aduentu* his verbis: *Veniet desideratus cunctis gentibus &c.* Fine mutilatae ad *Festa SS.* non pertingunt.

DCLVIII.

763

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 131. 8. fat nitide descriptus et coloribus illustratus praemisso contentorum indice hoc rubro gaudet: Incipiunt constitutiones fratrum ordinis beate dei genitricis marie de monte carmeli. Distributae sunt in *Partes V.* quarum *Prima* inscribitur: *Rubrica prima prime partis qualiter respondendum*
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

fit querentibus quando et qualiter ordo noster sumpsit exordium &c. Initium: *Cum quidam fratres nostri ordinis iuniores querentibus a quo uel quando ordo noster sumpsit exordium vel quare dicimur fratres dei genitricis et virginis marie de monte carmeli: nesciant satisfacere competenter &c.* Itaque prodeunt *Helias* et *Heliseus* cum suis Discipulis fulti testimonio *Libri IV. Reg. c. 6.* et *Josephi* cuiusdam *Antiocheni* in *Libro de perfecta militia primitiue ecclesie*, quem obscurum autorem citari tamen etiam video in *Speculo Ord. FF. Carmelitarum Venetiis* 1507. f. L. V. C. 8. fol. 21. p. 2. ubi admiscetur *Johanni* sic dicto *Hierosolymitano de Institutione primorum Monachorum &c.* de quo *Opere*, uti et de tota *Antiquitate Carmelitani* Ordinis notum est, quid censeant *Eruditi* partium studio vacui. *Rubrica II.* enumerantur 24. *Ordinis Provinciae &c.*

Fol. 123. Incipit commissio domini Innocencij pape super modificatione regule fratrum ordinis beatissime virginis Marie de monte Carmeli. In *Speculo* suprac. f. 74. p. 2. inscribitur *Confirmatio regule nostrae per Innocentium quartum*, et init: *Que honorem conditoris omnium &c.* Data dicitur in *Cod. Lugduni* anno domini milesimo quadragesimo sexto kalendas septembris, quod e *Speculo* sic emenda: anno domini M. CC. XLVII.

Fol. 127. p. 2. Sequitur mitigatio regule fratrum &c. Initium: *Eugenius episcopus &c. Romani pontificis providentia &c.* Est *Eugenii*

N n n n